



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Fiducia In Deum Plurimas Et Utilissimas pro  
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad  
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones  
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

**Dusault, Nicolas**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660**

§. 16. Quomodo oporteat afflictiones de manu Dei suscipere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50333)

Concludo hoc argumentum illustri elo-  
gio quod Deus ipse dedit prophetæ regio sin-  
gularem ejus extollens excellentiam: *Inveni,*  
*inquit, David servum meum, virum secundū*  
*cor meum, qui faciet omnes voluntates meas.*

Act. 13. Dicit invenisse se, quasi hujusmodi  
quempiam sollicitè quæsisset jam inde ab ini-  
tio nascentis mundi per omnium ætatum re-  
rumque ordines per diversos status condi-  
tionesque hominum; nec prius reperiisset si-  
mitem Davidi, qui in omnibus esset divinæ  
voluntatis amator. Tam rarus est in terrâ qui  
voluntatem suam divinæ perfectè confor-  
met, & quæ inde consequitur, pace affluat in-  
terna animi, quam nullæ cælorum, nullæ ter-  
rarum possint commotiones turbare. Hi sunt  
illi præclari in Deum fiduciæ effectus.

Qui Confidunt in Deo, omnes afflictiones  
suas velut de manu Dei  
suscipiunt.

*Quartus fons vera pacis.*

§. XVI.

*Quomodo oporteat afflictiones de manu Dei  
suscipere.*

**N**on satis est quod concepta in Deum fi-  
ducia stabiliat pacem nostram in indif-  
ferentiâ

N 2

ferentiã tam prosperitatum quã adver-  
 tum, quã evenire possent in futurum; an-  
 animos nostros ita præparet ac disponat  
 tam has quam illas æquanimiter de manu  
 suscipere parati simus. Sed præterea necesse  
 est re ipsa id efficiat in nobis, ut pacem  
 quotidiano patientiæ exercitio declarare  
 Deinde verò nulla dies abeat, quã non  
 neamus aliqua variis afflictionum quas  
 na nobis immiserit Providentia, procellis  
 petiti, ut nostrum patiendi desiderium  
 pleatur. Ubi demum exserendus est animus  
 & naturæ impetus virtute gratiæ reprimen-  
 dus. Dei nos ferientis agnoscenda manus  
 qua nos castigavit, exolevanda est virga,  
 nullã querelã, sine ullã commotione hanc  
 factæ paci inimicã quam in animis nostris  
 nerosa in Deum ingeneravit fiducia. *Omnia  
 tui*, inquit David, *& non aperies os meum, quia  
 niam tu se isti* psal. 38. Ita sentire, ita loqui  
 decet: Deus meus tu me orbasti parentibus  
 meis, tu sustulisti liberos meos, tu subdidi  
 mihi amicum meum, tu abstulisti mihi bona  
 ista, quæ antè dederas, tu mihi immisisti hunc  
 morbum, tu vulnerasti me & compunctum  
 cor meum dolore, quo crucior; sentio tantum  
 tuam, sed amicam; ictus ejus: sed tam lenem  
 quidquid à te proficiscitur tam gratum capere

rior, ut à tam benignâ manu inflictum non percipiam dolorem, & obliviscar quidquid est in afflictionibus, quas patior, durum & asperum, ut me tibi supplicem & tuæ omnino conformem exhibeam voluntati, cujus posse exequi consilia nutusque, summam duco felicitatem.

## §. XVII.

*Præclarè dicta Epicteti in hanc rem.*

**H**oc est fundamentum firmum & immobile, in quo divinæ providentiæ innixa fiducia in tam animi pacem debet stabilire, illamque exhibere inviolatam in quibuscunque casibus, injuriis, jacturis & calamitatibus. Præclarè in hanc rem Epictetus: Nonquam te aliquid perdidisse dicas, sed reddidisse. Filiolus obiit? redditus est: præditum est ereptum; an non id quoque redditum est? At improbus est qui eripuit; quid tua refert, per quem is qui dederat, repetierit? Quamdiu concesserit, tamquam alienum cui ato ut cauponam viator. Haud scio an sit aliud remedium potentius hoc, quod viri boni & sapientes adhibent quo se consolentur in miseris, & ne percipiant, afflictionum quas tolerant acerbitatem, eas nimirum velut ab amica Dei manu immixtas excipiunt, certo-

N 3

que